



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ANNO
CHRISTI
1222.

CONCILIVM OXONIENSE
PER STEPHANVM CANTVARIENSEM
archiepiscopum pro reformanda ecclesia Anglicana
celebratum anno Domini MCCXXII. tempore Hono-
rii papæ III.

TITVLI CAPITVLORVM.

- I. Anathemate condemnantur ecclesiasticorum iurium & regni perturbatores, periuri, calumniatores, &c.
- II. De debito episcoporum.
- III. Ne episcopi in collatione beneficiorum aliquid sibi retineant.
- IV. Vt presentati, si idonei sint, recipiantur in beneficiis.
- V. De duobus ad eandem ecclesiam presentatis.
- VI. De Missa deuote celebranda, & quando presbyteris plures uno die Missas celebrare liceat.
- VII. Vt clerici secularibus negotiis se non immisceant.
- VIII. De festis & vigiliis.
- IX. Quod presbyteri parochiales frequenter predicent, & infirmos visitent.
- X. De ornamentis ecclesie.
- XI. Ne quis beneficium suum resignans aliquid sibi de eodem retineat.
- XII. Ne vna ecclesia diuidatur in plures.
- XIII. De vicariorum residentia.
- XIV. Quod exilia beneficia non conferantur, nisi volentibus residere in eisdem.
- XV. Quæ portio debeat vicario residenti assignari.
- XVI. In quibus ecclesiis requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.
- XVII. Quod episcopus recipiat in-
ramentum a presentato, vt eui-
tetur simonia.
- XVIII. Vt in singulis archidiaconatibus speciales confessores deputentur.
- XIX. Quod decani rurales de causis matrimonialibus se non intromittant.
- XX. Ne quis latrones in domibus vel in seruitio teneat.
- XXI. Ne archidiaconi grauent ecclesias vel rectores in visitatione, & qualiter se habebunt.
- XXII. Ne beneficia spiritalia tradantur ad firmam.
- XXIII. Quod archidiaconi in visitatione sua examinent sacerdotes de canone Missæ, & de sacramento altaris.
- XXIV. Quod oleum & eucharistia custodiantur sub sera, & similiter chrisma.
- XXV. Quod archidiaconi habeant penes se in scriptis omnia ornamenta ecclesie.
- XXVI. Quod archidiaconi videant in visitationibus, ne possessionibus vel iure suo ecclesia defraudentur.
- XXVII. Quod archidiaconi vel decani nouas exactiones ecclesiis non imponant.
- XXVIII. Quod ordinarii non ferant sententias excommunicationis in aliquem, nisi præmissa monitione, nisi in certis casibus.

- XXIX. *Ne quid exigatur pro sepultura vel aliquo sacramento conferendo.*
- XXX. *Quod iudices non impediāt bonum pacis inter partes, ubi causa recipiat compositionem ad suggestionem praecoris.*
- XXXI. *Quod iudex non iudicet aliquem ad purgationem, ad suggestionem praecoris tantum, ut sit iudex & actor.*
- XXXII. *De habitu clericorum.*
- XXXIII. *Ne clerici comam nutriant.*
- XXXIV. *Quod clerici non teneant publice concubinas.*
- XXXV. *Qualis poena est instigenda concubinis clericorum.*
- XXXVI. *Quod clerici vel prelati non vendant vel impignorent ecclesiam suam consanguineis eorum.*
- XXXVII. *Quod fructus ecclesie in laico feudo non reponantur, nec de eis adificia fiant.*
- XXXVIII. *Quod religiosi possessionati, quolibet anno admoneantur, ut reddant computum.*
- XXXIX. *Quod religiosi nil recipiant pro ingressu alicuius inter eos, nisi pro vestitura duntaxat.*
- XL. *Quando & qualiter ecclesia possunt dimitti ad firmam.*
- XLI. *Quod nulli aliquid in ecclesia ratione beneficii assignetur.*
- XLII. *Poena aduocatorum qui matrimonium protrahūt malitiose.*
- XLIII. *De ordinatione religiosorum, & qui possunt recipi in monachos.*
- XLIV. *De familiaribus monialiu, & de silentio religiosorum, & de licentia exeundi.*
- XLV. *Ne monachi vel moniales per se comedant.*
- XLVI. *Quod moniales simul in monasterio habitent, & de confessione earum.*
- XLVII. *Quod religiosi non condant testamenta, nec liceat monachos monasteria habere ad firmam.*
- XLVIII. *Quod religiosi non bibant ultra horas debitas.*
- XLIX. *Quod monachi & regulares in monasterio habeant seniores, & de sententiis publicandis.*

CAPITVLA.

I.

Ecclesiasticorum in-
iurium turba-
tores.

AVCTORITATE Dei Patris, & beatæ Virginis, & omnium sanctorum, & præsentis Concilii, excommunicamus omnes illos qui malitiose ecclesias suo iure priuare præsumunt, aut per malitiam & contra iustitiam libertates earumdem infringere vel perturbare contendunt.

Seditiosi.

Item omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni iniuriose perturbare præsumunt,